e-codices

sed nonnunquam nebulis circumseptus est, omnia si circu-
spiciamus, aspera nobis offerunt, quæ cum recusemus quid
futurum putatis Auditores? an non cernitis veteram
in his salutem et utilitatem maximam consistere?
auferre modò tollere spinas si rosas habere nonnultis,
demite arbori amaram radicem si dulces illius fruges
degustare renuitis, pellite de cœlo nubes si fertilis
terra irriguum fructiferumqʼ imbrem invidetis, pro-
hibere suas soli nebulas si serenum diem non optatis,
non potestis non diligere amara si dulcia expectatis.
Quid iucundius potest homini contingere quam bona gra-
ex virtutis florere? certè habe divitias omnes cum Croeso
numera candidos cum Felici Polycrate dies, fiat rosa
quicquid calcaveris cum Perseo, fiat aurum quicquid
tetigeris cum Mida, pretiosior gloria esse, deinde
nihil est quod tempus non aliquando consumat aut è
vestigio discedat, florent flores ut rursum defloreat,
crescit Luna ut rursum deficiat, annus annum devorat,
sed solius famæ immortalis memoria est, veruntamen
quis nescit quòd, quò quid preciosius est, cariùs emendu
sit? primam ab Imperis existerent Antiqui Heroes

License: CC-BY-NC – Zürich, Zentralbibliothek, Ms. D 147, f. f.%20404v – Collection of oratory practice pieces in Latin by novices at the monastery of St. Gall, 1660 (http://www.e-codices.ch/en/zbz/D0147/f.%20404v)